

ac verbo vel factō declarat, ea, quæ petita sunt, iure facere licere; quod nihil aliud est, quam dicere, quod Jus est. Obrecht de *Jurisid. cit. cap. 9. n. 14.* Legatur textus in *l. un. Cod. de Offic. Jurid.*

§. II.

De Duplici specie Jurisdictionis Voluntariae.

15 Jurisdictione Voluntaria abit in duas species, Simplex & Qualificatam, seu Mixtam. Simplex est, quæ exercetur à Magistratu sine speciali causæ cognitione, solum interpositione autoritatis publicæ circa actum, qui coram se geritur. Qualificata est, quæ exercetur cum speciali & solenni causæ cognitione. Braun d. l. n. 4.

26 Convenit utraque hæc species I. quia tam in Simplicem quam in Qualificatam Jurisdictionem partibus volentibus & consentientibus Jus dicitur. II. quod utraque requirit personalem præsentiam eorum, quibus administratur, nec ministerium procuratoris admittit per *l. neque abfens 24. l. post mortem 25. §. 1. ff. de Adop. l. nec invidiam 2. Cod. de Fund. lib. l. nemo 123. in pr. ff. de R. J. ibi: nemo alieno nomine Lega agere potest.* Witenbach, Ludwel, Bachovi, apud & cum D. Braun d. l. n. 11.

27 Sed quia cit. textus personalem partium præsentiam in solis actionibus Legis requirit; hæc autem tres tantummodo ex n. 18. 28 fuerunt: quia præter hæc de bonorum possessione, quæ à DD. teste Braun cit. l. num. 13. communiter inter actus Voluntariæ Jurisdictionis numeratur, in *l. bona 3. §. 7. ff. de Bon. poss. dicitur, eam per semetipsum vel alium peti posse*: quia etiam de insinuatione testamenti Judicialis, quæ itidem est actus Voluntariæ Jurisdictionis, ut valde probabilis sententia cum Clarissimo D. Franz in *Quæst. ex Univers. Jure 9. 15. n. 11.* mecum docet, quod per procuratorem fieri possit arg. *l. omnium 19. §. cum oblatas præcis secundum voluntarium defuncti 30. ff. 2. Cod. de Testam.* vix persuadere mihi valeo, alios actus Voluntariæ Jurisdictionis, quam emancipationem, adoptionem, manu-

Dixi III. inter volentes per se loquendi. Igitur à invicem nemo adoptare, nemo emancipare, nemo manumittere, nemo testari ad acta cogitur; & si hoc aliquando fiat, per accidens est. Braun d. l. n. 10.

missionem, à ministerio procuratoris de Jure Romano abhorre; sicque mecum post Carpovium lib. 5. respons. 56. n. 34. opinatur D. Ertl cit. l. 3. cap. 4. observ. 5. in fin. Idemque quoad substantiam docere videtur Lauterb. d. l. th. 30.

Differunt autem præcipue Jurisdictione Voluntaria Simplex & Qualificata in hoc: quia Simplex potest administrari in causa propria; propriæ & conjunctis personis; à Judice competente & incompetentem; intra & extra territorium jus dicentis; die feriata & non feriata *l. emancipari 36. §. 1. ff. de Adop. lib. l. omnes 2. in pr. ff. de Offic. Procons. l. præsi 2. ff. de Offic. Praef. l. actus omnes 3. §. 1. Cod. de Fer. d. l. omnium 19. Cod. de Testam. l. data 27. l. in sacratissima 30. Cod. de Demat. Nov. 15. cap. 3. in fin. pr.* Qualificata verò à solo Judice; competente, ac pro tribunali sedente; intra territorium proprium; personis & causis alienis; in diebus juridicis redditur *l. un. §. 2. ff. de Off. Cons. l. magis puro 5. §. 12. ff. de Reb. cor. qui sub rus. l. si prædium 16. Cod. de Præd. & aliis reb. min. l. ult. Cod. de Fer.* Ratio differentiæ est: quia Jurisdictione Voluntaria Simplex, cum non requiratur causæ cognitionem, nec Judicio, nec Judici, nec loco adstricta, solam præsentiam Magistratus & inscriptionem negotii ad acta desiderat. Qualificata autem, dum judicialem causæ cognitionem desiderat, ac sine strepitu forensi peragi non potest, & proximè ad Jurisdictionem Contentiosam accedit, certo loco, Judici, & Judicio alligata est, ne vel sine decore, vel cum confusione peragatur. Vinn. d. cap. 6. n. 7. Franzkius ad cit. ff. de Jurisd. num. 26. Braun d. l. n. 38. & seq. D. de Bassis d. disp. th. 26.

§. III.

De Causis, ad Jurisdictionem Voluntariam Simplem pertinentibus.

35 Ad Jurisdictionem Voluntariam Simplem quædam causæ ex Juris expressa determinatione pertinent; quædam ex mente & ratione per interpretationem Prudentium illuc trahuntur.

36 Ex Juris determinatione pertinent ad hæc Jurisdictionis speciem I. adoptio *l. in adoptionibus 5. ff. l. l. qui 1. Cod. de Adop. l. omnes 2. in pr. ff. de Offic. Procons. II. emancipatio d. l. omnes 2. l. si lex 1. & l. ult. Cod. de Emancipat. lib. III. manumissio d. l. omnes 2.*

37 Ex mente & ratione Juris, ac interpretatione Prudentum ad Jurisdictionem Voluntariam Simplem adlegendur insinuatio testa-

menti judicialis, seu ad acta confecti insinuatio donationis ultra 100. solidos; insinuatio judicialis hypothecæ bonorum immobilium; edictalis bonorum possessio; apertura & publicatio testamentorum. Franciscus de Claper. conclus. 23. Gabriellus commun. concl. lib. 3. concl. 1. n. 54. Gail. 2. obs. 25. n. 10. & obs. 39. n. 28. Vinn. d. cap. 6. n. 6. Franzkius cit. l. n. 9. & seqq. Lauterbach cit. disp. th. 33. & seqq. Braun d. §. 3. num. 17. & seqq. D. de Bassis d. disp. th. 24. D. Ertl d. observ. 2.

Et licet, quoad insinuationem testamenti & donationis, divortium à nobis faciat Genilicus lib. 1. de Jurisd. 20. eique quoad donationem cala-

calam inclinet Sutholtz aphor. 334. tam propter Nov. 15. cap. 3. in fine pr. ubi insinuatio testamenti & donationis videtur opponi actibus Jurisdictionis; quam ob rationem, quod ista insinuatio, sicut depositio vel oblatio pecuniæ in judicio, nihil habeat de Jurisdictione.

His tamen nec quicquam facientibus, immota manet communis interpretatio: non enim est illa ratio prudens assignabilis, cur emancipatio, adoptio, manumissio &c. dicatur esse Jurisdictionis Voluntariæ; negetur verò illuc pertinere insinuatio testamenti vel donationis: cum utrobique sola partium voluntas, ac autoritativa Magistratus præsentia requiratur, & sufficiat.

40 Nec verum est, quod Imperator in cit. Nov. separat donationem & testamentum ad acta ab actibus Jurisdictionis cujuscuque, sed vel ab actibus Jurisdictionis Contentiosæ, vel ab actibus Jurisdictionis Voluntariæ talibus, qui ex speciali Lege non nisi Majoribus competent, veluti emancipatio, adoptio, manumissio, de quibus in n. 36.

41 Nec etiam paritas est formanda cum depositione pecuniæ: hæc quippe, ad inducendam debitam liberationem, non præcisè requirit Judicem, quæ talem, ut illi fiat oblatio, sed & alias personas honestas non respicit: focus ac insinuatio donationis aut testamenti, quæ coram non-Judice facta non subsistit.

42 Quæres I. an dispensatio in votis & juramentis; absolutio à censuris; collatio beneficiorum aut privilegiorum &c. possint ad Jurisdictionem Voluntariam reduci?

Resp. sic à Theologis & Canonistis teneri, prout videre licet apud Laym. Theol. Moral. l. 1. tr. 4. cap. 5. n. 3. & seqq. Pirhing ad cit. de

Offic. Jud. Ord. n. 2. König ib. n. 3. Haunold de F. & J. tom. 5. tr. 1. num. 92. Wiestner ad cit. de Offic. Jud. n. 4.

Horum & alio rum commuue opinione probat Braun d. l. n. 32. Nec ego improbare volo, aut valeo, saltem, si Jurisdictione paulò latius sumatur, juxta cap. 1. n. 38. Nam & in his actibus, præter autoritatem Magistratus, nil desiderari video; nisi fortè cognitionem causæ, quæ, si specialis & necessaria sit, faciat ad summum, ut ejusmodi actus ad Jurisdictionem Voluntariam Qualificatam remitti debeant, prout insinuavi in tr. de Jure Leg. cap. 1. num. 160.

Quæres II. an assistentia Parochi in Matrimonio possit actibus Voluntariæ Jurisdictionis accenter?

Resp. ex opinione Wagnereckii in exegesi ad Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. quam subijcit cit. de Clandest. despons. assistentiam hanc potius esse actum testimonii, ex officio dati, quam Jurisdictionis; non item ex sententia D. Braun sub n. 32. cit. qui verius esse, scribit, eandem assistentiam ad Jurisdictionem Voluntariam referri posse: cum non minus illam in Matrimonio, quam præsentia Judicis in emancipatione v. g. ita requiratur, ut, si desit, Matrimonium valde deficiatur. Quæ ipsa ratio & me in hanc trahit sententiam; hoc unicò adnotat, quod illa assistentia, non ut alii actus Jurisdictionis Simplicis, à quocunque Parocho, sed solum à proprio exhiberi debeat per cit. cap. 1. Trid. Concil. Et licet in cap. 6. n. 116. Parochis Jurisdictionem in foro externo negaverim; studiosè tamen Jurisdictionis Contentiosæ memini, quæ quod à Voluntaria separari possit, neminem scio, qui inficietur.

§. IV.

De Causis, ad Jurisdictionem Voluntariam Qualificatam pertinentibus.

48 Ad Jurisdictionem Voluntariam Qualificatam pertinet I. arrogatio & emancipatio impuberis §. cum autem 3. Inst. l. si pater familias 15. §. 2. & 3. ff. l. adoptio 16. & seq. ff. 45 de Adop. II. manumissio servi, si fiat à minore 20. annis §. eadem 4. & seqq. Inst. Quib. ex 50 causis manumitt. III. transactio super alimentis, testamentò relicto *l. cum hi 8. in princ. 515. 1. & seqq. ff. de Transact. IV. alienatio rerum immobilium vel mobilium pretiosa-*

rum, ad pupillos vel minores spectantium *l. Imperatoris 1. §. 2. ff. de Reb. cor. l. venditio 1. & seqq. Cod. de Præd. minor. V. bonorum possessio decretalis *l. mile 2. §. 1. ff. Quis ordo in possess. serv. VI. unio prolium, seu parificatio liberorum diversi Matrimonii; non quidem ex Jure Communi, cui ignota; sed ex consuetudine, cui longè maximè est nota. Braun d. §. 3. n. 35. Lauterbach. d. disp. th. 40. Vinn. d. cap. 6. n. 6. Ertl l. 3. cap. 4. obs. 2.**

§. V.

De Effectu Jurisdictionis Voluntariæ.

49 Effectus Jurisdictionis Voluntariæ in genere est, quod actus, ad eam pertinentes, coram Judice, liberè partium voluntate exerciti, hoc solò valeant; aliter autem, ac coram privatis personis peracti, non valeant. Lauterb. d. disp. th. 53.

50 Effectus Jurisdictionis Voluntariæ Simplicis est, quod ubicunque, in quacunque causa, à quocunque Judice, in quoscunque &

quandocunque exercita, valorem suis actibus tribuat: Ideo emancipatio, adoptio, manumissio, testamenti vel donationis aut hypothecæ insinuatio valeat, dummodo coram aliquo Judice, Jurisdictionem habente, facta sit, juxta n. 31.

Neque opponas textum in §. præterea 6. & 56 §. sed est 8. Inst. Quib. mod. jus patriæ pot. solv. ubi mandat Imperator, ut emancipatio coram

57 *Judice competente fiat.* Intelligit siquidem per Judicem competentem non eum, qui talis est ratione personarum, quas emancipatio concernit; sed ratione causarum, hoc est, ipsius emancipationis, de qua non omnis Magistratus, sed, pœnes quem Legis erat actio, olim

ius statuendi habebat. D. de Bassis d. l. th. 26. num. 4. Effectus Jurisdictionis Voluntariæ Qualificatæ is ipse est, qui Jurisdictionis Contentiœ, de quo supra in num. 11. & seqq. & num. 32.

CAPUT IX.

De Imperio.

Utimò locò considerandum exhibeo Imperium, speciem Jurisdictionis non postremam, sed de primatu certantem. Hoc verò, cum duplex sit, *Merum & Mixtum*, secabitur duplici sectione, etique

SECTIO I.

De Imperio Mero.

SUMMARI.

1. Etymologia Meri Imperii. 2. & seqq. Synonymia. 6. & seqq. Definitio cum explicatione. 12. & seqq. Divisio in Ecclesiasticum & Saculare. 20. & seqq. Divisio in Perfectum & Imperfectum. 25. Subjectum Imperii. 26.

Mos Germania. 27. & seqq. Modus concedendi. 30. & seqq. Competit etiam Universitatibus. 34. & seqq. Obiectum sunt causæ criminales. 42. & seqq. Effectus explanationis.

§. I.

Etymologia & Synonymia Meri Imperii.

1 **M**erum Imperium vel inde nominatum est, quòd illius virtus emineat præ aliis Jurisdictionis speciebus in imperando; vel inde, quòd separatum ac discretum sit à Jurisdictione Simplicis; nec quidquam cum negotiorum civilium disceptatione commune habeat, nec Jurisdictione Simplicem, uti Mixtum Imperium, comitetur. Bocerus de *Jurisdic. d. cap. 5. n. 5.* D. de Bassis *dispus. de Jurisdic. d. th. 11. n. 1.* D. Braun de *Imperio cap. 1. §. 2. num. 1.*

2 Aliter à Jure Nostro, aliter ab hodiernis Practicis baptizatur. A Jure sæpius Jus gladii *l. illicitus 6. §. 8. ff. de Offic. Pras.* Potestas gladii *l. solent 6. in pr. ff. de Offic. Procons.* Capitis animadversio *l. necessarium 2. §. 18. ff. de O. l. Major animadversio l. si quid 11. ff. de Offic. Procons.* Coercitio *d. l. solent 6. in pr. & l. nemo potest 70. ff. de R. l. & Jurisdictionis Criminalis nuncupatur arg. dictionum in cap. 1. n. 74.*

3 A Practicis vocatur Jurisdictio Superior, Jurisdictio Alta, Jurisdictio Centenæ, Banus Regius, Judicium sanguinis, Germanicè die hohe Obrigkeit / hohe Straff / Straffliche Obrigkeit / Hals / Gericht / Blut / Gericht / Rönigs / Nam / Zent / Zentbarkeit / Zent / Obrigkeit / Zent / Recht / Zent / Gericht / Mas

lesigliche Jurisdiction &c. *Consil. tert. Besold. num. 2. & seqq.* Henricus Linckius in *dissert. de Jurisdic. Centena cap. 1. §. 12. & seqq.* Ertl in *praxi aurea de Jurisdic. Bassa lib. 2. cap. 1. obs. 5. Lauterbach ad tit. ff. cit. §. 41.*

Non scio, cam Georgio Obrecht opinionem de *Jurisd. l. 1. cap. 3. placuisse*, quòd Jurisdictio Criminalis & Imperium Merum inter se distinguantur, ac illa causæ criminalis cognitione & adjudicatione; hoc executione & punitione criminis terminetur. Cui placito quoque suffragium suum dedicaverit Lundenpör de *Imp. Orig. cap. 33. num. 14. & seqq.* Melior tamen sententia cum Bocerò *d. l. cap. 2. n. num. 6.* Sutholt *aphor. 387. & seqq.* Vinnio de *Jurisdic. cap. 1. n. ult.* Linck *d. l. cap. ult. §. 1.* Lauterbach *d. l. §. 36.* D. de Bassis *d. th. 11. num. 3. & seqq.* Braun *d. §. n. 4.* non agnoscit distinctionem inter Jurisdictionem Criminalem & Imperium Merum; sicut enim Jurisdictio Civilis ex causæ cognitione, & adjudicatione; sic etiam Criminalis criminis disquisitione, adjudicatione, & executione sententiæ, integraliter consistit per textum *inl. necessarium 2. §. 23. ff. de Orig. Jur. l. solent 6. in pr. ff. de Offic. Procons. l. un. Cod. eod. l. un. Cod. de Offic. Procons. vig.*

§. II.

§. II.

Definitio Meri Imperii.

6 **M**erum Imperium aliam definitionem à Lege, aliam à Legumperitis habet. A Lege definitur: quòd sit *potestas gladii ad animadversendum in facinorosos homines.* Textus in *l. Imperium 3. ff. de Jurisdic.* A Legumperitis tam multifariè definitur, ut recedat, singulas definitiones, quarum multas sub incudem vocat Obrecht *l. 2. cap. 2. n. 47.* referre.

7 Dicitur in definitione Legali *l. potestas*; hoc est, publica, veluti de Jurisdictione in genere & speciebus illius repetitis jam vicibus dixi.

8 Dicitur *II. gladii.* Potest autem gladius accipi vel materialiter seu naturaliter, vel moraliter seu formaliter. Materialiter ac in naturali significatione acceptus, denotat per antonomasiam actum Jurisdictionis Criminalis celebriorem & communiorem, scilicet, pœnam gladii juxta *l. aut damnatum 8. §. 1. ff. de Pœn.* Moraliter acceptus vel significat per synecdochen partem pro toto, seu unum puniendi modum pro omni genere puniendi; vel per metonymiam signum pro re signata,

seu gladium, tanquam insigne, pro exercitio justitiæ vindicativæ juxta D. Paulum ad *Rom. 13. §. 4. ibi: non enim frustra portas gladium &c. cap. questum 45. XXXIII. q. 4.* Sutholt *aphor. 394.* Miller ad *Struv. exercit. 4. th. 37.*

Dixi *III. ad animadversendum*: quâ dictio non tantum jus puniendi fontem, sed etiam jus cognoscendi, judicandi, quin & absolvendi super delicto continetur *arg. cit. l. solent 6. in pr. ff. Offic. Procons.* Franciscus de Claperis de *Jurisdic. concl. 4. n. 3. & 4.* Longoval. *ius reper. l. Imperium p. 3. in fin. n. 1.* D. de Bassis *d. th. 11. n. 1. & 1.* D. Braun *d. cap. 1. §. 3. n. 4.* Stryck *cit. l. n. 12.*

Dicitur *IV. in facinorosos homines.* Et hinc datur intelligi, Imperium merum exardescere non in bruta, sed in homines, nec qualescunque, sed viventes, delinquentes. ac facinus tale committentes, cui vindicando Jus Commune vel particulare pœnam publicam præstituit; quò delatè D. Braun. *d. cap. 1. §. 6. n. 15.* Miller *d. l.*

§. III.

Divisio Meri Imperii.

12 **D**ividitur Imperium Merum I. in Ecclesiasticum & Saculare. Per *Ecclesiasticum* non intelligitur illa potestas gladii, quam personæ Ecclesiasticæ vel tanquam Status Imperii, vel ex speciali privilegio exercent in suos subditos temporales, cujus sit mentio in *13 cap. ult. Ne Clerici vel Monachi in 6.* Sed intelligitur potestas gladii spiritualis, videlicet censurandi, suspendendi, interdicendi, excommunicandi, quin & pœnis quibusdam temporalibus in ordine ad finem spiritualem delinquentes percipiendi juxta *Extravag. unâ 14. sancti am de M. & O. inter commun.* Per *Saculare* denotatur potestas gladii temporalis, servandi scilicet in vitam, corpus, & membra hominum.

15 Hæc divisio, ut ut communiter toleretur à DD. & à Clarissimis nostræ Facultatis Professoribus recepta sit, P. Engel *ad tit. de Offic. Jud. n. 18.* P. König *ad tit. de Offic. Deleg. n. 23.* P. Eberth *select. controu. p. 1. contr. 7. num. 7. & seqq.* D. Braun *de Jurisd. cap. 5. §. 1. sub n. 50.*

16 D. Franz in *Quest. ex Univ. Jur. q. 2. n. 2.* repullam tamen fert à Zoëtio *ad tit. ff. de Jurisdic. num. 18.* & ad *tit. Fur. Can. de Offic. Deleg. n. 18.* partim quia potestas censurandi, excommunicandi, interdicendi &c. non affertur cruciatum corporis & animadversionem gladii: partim quia secundum *cap. inter hac 6. XXX. q. 2.* Ecclesia non habet gladium; nec occidit, sed vivificat.

gladii materialis, sed potius potestas gladii moralis & spiritualis; hæcque inter utramque potestatem est differentia, quòd Ecclesiastica magis affligat animam quam corpus; Sacularis corpus potius quam animam coercet, veluti pulchrè docetur in *cap. inter hac XXX. q. 2.*

Utraque tamen potestas sub Imperio Mero rectissime collocatur: cum enim omnes confiteantur, pœnas illas, quibus avertitur vita civilis, puta, deportatio, relegatio, damnatio in opus metalli &c. ad Imperium Merum reduci per *l. si quis 6. §. 2. l. 7. & 8. l. capitalium 28. in pr. ff. de Pœn. in proferò* impedit, quò minus excommunicatio v.g. per quam vita spiritualis admittitur, ad Imperium Merum reduci debeat. Imò cum Jure

Ecclesiastico nonnunquam etiam pœna infamiae, multa pecuniaria, incarcerationio, & id generis aliæ pœnæ, Merum Imperium constituentur, aut integrantes, dicentur *cap. cum Beatus 8. in f. Dist. 45. cap. dilectus 18. de Offic. Ord. cap. postulatus 14. de Juda. cap. in Archi-Episcopatu 4. de Raptor. cap. vergentis 10. cap. excommunicamus 13. §. credentes de Heret. cap. quævis 3. cap. felix 5. de Pœn. in 6. Clem. multorum 1. §. sanò de Hereticis Trid. sess. 15. de ref. cap. 3. & 19.* cur Imperium Merum Ecclesiasticum vocetur in dubium?

II. dividitur Merum Imperium in Perfectum & Imperfectum. *Perfectum* (quod Sutholt *aphor. 390. Plenim.* & D. Linckius in *cit. dissert. cap. 1. §. 16.* *Univerfale* vocat) est, quod habet omnes gradus, seu partes, & actus, Imperium integrantes. *Imperfectum* (quod minus Plenim Sutholt, & Particulare dicit *citat.*

Ecce 3

Lin.

Linckius) est, quod non continet omnes gradus, partes, & actus, Imperium integrantes. 23 Sed quot, ais, sunt partes, & actus, Imperium integrantes? Resp. sequentes I. est inquisitio specialis in crimen & authorem criminis. II. est captura, seu realis apprehensio hominis facinorosi. III. est incarceration rei in causa criminis. IV. est accusatio criminis, facta per actorem publicum, seu Fiscalium, ab ipso Iudice, ex officio procedentem, constitutum. V. est cognitio & disceptatio criminalis. VI. est questio seu tortura, saltem si in causa criminali ad erudendam veritatem adhibeatur. VII. est pronuntiatio super crimine. VIII. est animadversio pœnalis, seu coercitio criminum, seu executio criminalis. D. Braun *cit. cap. 1. de Imperio §. 4. n. 3.*

23 Quot autem (quævis denud) sunt gradus Meri Imperii?

Resp. ab antiquis DD. diversos gradus fuisse statutos, uti perspicere licet apud Claperium de *Jurisdic. conclus. §. 6.* Bocerum *cap. 5. à n. 7.* à recentioribus autem, sicut perhibet D. Braun *cit. §. n. 6.* communiter tres statui, tot nimirum, quot sunt gradus pœnarum, ad Imperium Merum spectantium. Gradus 24 autem pœnarum sunt tres per l. *capitalium 28. in pr. & §. ff. de Pœn. I.* est, quod admittit vita naturalis; estque vel pœna ignis, vel rotæ, vel laquei, vel gladii, vel sectionis &c. II. est, quod admittit vita civilis, quæ consistit in libertate & civitate; vel spiritalis, quæ consistit in gratia cum Deo, & unione cum fidelibus &c. III. est, quod, salvâ vitâ, naturali, civili, spiritali, vel affigitur corpus, vel minuuntur bona, vel notatur existimatio. Erunt itaq; tres gradus Meri Imperii, qui, si cum omnibus partibus concurrant, faciunt Imperiû Perfectum.

§. IV.

Subiectum Meri Imperii.

25 Subiectum Meri Imperii passivè consideratum sunt homines facinorosi juxta n. 11. Subiectum activè consideratum sunt Judices, Merum Imperium exercentes. Tales Judices apud Romanos erant illi duntaxat, quibus ex speciali Lege, vel Imperatoris concessionem Merum Imperium erat tributum juxta *cap. 6. num. 89.* & Obrechtum *lib. 2. cap. 4. & 2. seqq.*

26 Apud Germanos, post Imperatorem, qui & sceptro & ensè à DEO instructus esse censetur, Merum Imperium obtinent Status ac Nobiles immediati Imperii, vi Jurisdictionis Territorialis per *cap. 5. n. 34. Suth. apbor. 404.* & quibus ab Imperatore vel Statibus & Nobilibus immediatis specialiter est concessum. Linck. *cit. differ. cap. 2. §. 4.* Braun *1. cap. 1. §. 6. num. 3.*

27 Dixi: specialiter est concessum. Nam Jurisdictione, simpliciter concessâ, Merum Imperium non censetur inclusum. Scriv. *Syn. agor. Fur. Rend. cap. 6.* quia in tali concessione non comprehenduntur illa, quæ speciali mentione vel expressione sunt digna, præsertim si concedens sæpius & plerumque ejusmodi specialia reservare soleat per *cap. qui ad agendum 4. cap. procurator ult. de Procurat. in 6. cap. in generali 81. de R. J. cod. in 6.* Aliud in factò consultus respondit Wesenbec. *Consil. 172. à n. 29.* & *consil. 95. à n. 18.* At, Jurisdictione omnimodâ, vel plenissimâ, sambt allem Obrecht, mit aller Obrigkeit, concessâ, Merum Imperium videri concessum, docent Covarruv. *pract. ag. cap. 1. sub num. 10. §. primùm et cetera.* Menoch. *de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 97. n. 24.* Wesenbec. *cit. consil. 172. num. 39.* Braun *de Imperio cap. 1. §. 5. n. 13.* Stryck *in usu mod. ad tit. ff. Jurisdic. Bocerum de Jurid. cap. 8. n. 11. & 13.* dicens, ab hac communi opinione, hoc maxime sæculò, non esse recedendum. Ratio est: quia, licet aliquando Imperium Merum specialem exigat commemo-

morationem *cap. licet 2. de Off. Vic. in 6. l. quacunq; 1. in pr. & §. 1. ff. de Off. Jus. cui mand. est Jurisdic. non designatur tamen æquivalentem & æquipollentem, qualis esse, quæ per terminos amplissimos, ante positos, effertur per Clem. un. §. eisdem & Jurisdictionem suam omnimodam de Foro compet. l. si in aliam 7. §. ult. ibi: plenissimam autem Jurisdictionem &c. l. seq. ff. de Offic. Proconsul. l. præsa 4. & majus Imperium. ff. de Offic. Præsid.*

Quæritur autem: an Universitates Merum; Imperium habeant, non vi privilegiorum singularium, ratione quorum certum est, pluribus Universitatibus, ac inter has etiam Nostre, id competere; sed vi privilegii generalis, existentis in corpore Juris in *Auth. habitatio sub rit. Cod. Ne filius pro patre?*

Et omnino existimo quòd sic, motus per 38 spicuis verbis *cit. Authentica*, in qua prohibuit Imperator, ne Studiosi *super aliquo negotio* (quò nomine etiam causæ criminales veniunt l. in criminali §. in pr. *Cod. de Jurisdic.*) & propter cujuscuq; provincia delictum (hoc est, in quacunque provincia commissum) ad alium *Judicem*, quàm Academicum, trahantur. Ita Lymneus *Jur. publ. lib. 9. cap. 8. n. 33. & seqq.* D. Hermes in *Fascio. Juris Publ. cap. 37. n. 144.* P. Engel *ad tit. de Offic. Jud. n. 29.*

Oppones cum dissidentibus, è quorum nu-37 mero est Swederus *Jur. Publ. pars. spec. tit. 1. cap. 6. n. 6.* & Clarif. D. de Chingensperg *in præsent. dispm. Bassiana de Jurisdic. th. 58. n. 3.* quòd *cit. verba super aliquo negotio* ad causas civiles; & verba *propter cujuscuq; provincia* ad repressalia sint coarctanda; quasi nempe Studiosus non debeat luere facinus, à suis comprovincialibus contra civem alterius provincie commissum, ex earatione: quia ibidem Imperator Fredericus illis, qui Studiosos coram alio quàm Academico Iudice conveniunt, interminat pœnam amittendam actionis, ibi: *à tali conamine cadat.*

Resp.

33 Resp. verba *Authentica*, velut favorabilia, non coarctanda, sed amplianda esse per *cap. cum dilecti 6. de Donat. Scl. pen. ff. de Constit. Princip. præsertim cum illa verba propter cujuscuq; provincia delictum* prorsus divinatoriè de-

repressalis explicentur, utpote quæ Juri Communi, ex communi DD. persuatione, aliunde aut ignota aut invisa sunt per textum in *cap. un. de Injur. & damno dato in 6.*

§. V.

Objectum Meri Imperii.

34 Objectum Meri Imperii sunt causæ criminales, in quibus nempe agitur ad vindictam publicam, seu ad commodum & interesse Reipublicæ juxta §. in *summa 10. Inst. de Injur. l. locatio 9. §. 5. ff. de Publican. & vestigal. l. prætor ait 3. §. 5. ff. de Sepulchro viol. Braun d. l. §. 7. n. 1.* Unde

35 Infertur I. quando agitur ad pœnam, quâ vel vita admittit, vel corpus affligitur, videlicet causam criminalem esse: utpote cum certò ad vindictam publicam actio vel accusatio collimet. D. Ertl *d. l. 2. cap. 2. obs. 4.* Lundenpör *d. cap. 33. n. 77.*

36 Infertur II. quando agitur ad pœnam pecuniariam, non parti agenti, sed fisco applicandam, censeri quoque causam criminalem esse: nam & hic actio non ad commodum privatum, sed interesse Reipublicæ tendit. Lundenpör *d. l. n. 78. & seqq.* D. Braun *d. l. num. 5.*

37 Infertur III. quando agitur partim ad compendium proprium; adhuc elici posse causam criminalem, sive deinde ex diversâ causâ privatum & publicum interesse simul petatur, sive ex una, fortè quòd speciali Lege tam repositio damnorum, parti faciendâ, quàm publica coercitio, à Republica imponenda, statuat. Braun *d. §. 7. n. 6.*

38 Infertur IV. aliquando dubium esse, an causa sit criminalis vel civilis, v. g. dum agitur ad privationem officii vel beneficii, & nihil

applicatur fisco? Et tunc, auctore Clarò (à cujus sententia in praxi recedere, vix consultum reputat D. Braun *d. §. n. 8.*) pro causâ civili judicandum est. Quod tamen eodem D. Braun difficile videtur ex eo: quia de conceptu causæ civilis est, ut aliquid applicetur parti offensa. Unde D. Gledle *Jurisprud. terrib. 39 p. 1. cap. un. §. 7. n. 2.* attendendum esse, vult, utrum agens ad privationem officii vel beneficii intendat præcisè utilitatem publicam, cui melius prospectum censetur per amotionem officialis aut beneficii; an verò id officium vel beneficium sibi conferri desideret? Priore casu pro causâ criminali; posteriore pro civili judicat. Imò, licet v. g. parochia-40 ni contra Parochum agant ad amotionem à Parochia, non ut Parochiam, sed alium Parochum acquirant, adhuc mihi videntur civiliter agere. Vide tamen *cap. tua 5. de Procur. & cap. per mas 32. de Simon.*

Planè, eum hodiernò sæculò quàm plurimæ lites & controversiæ circa causas criminales & civiles subnascantur, quales in eodemque loco in plures Jurisdictionis divisa est, ac uni Superiori seu Criminali; alteri Inferiori seu Civili, competit; præsertim ad peculiaris conventiones & transactiones; dehinc ad consuetudinem, usum, & observantiam locorum respiciendum esse, monet Linck. *cit. differ. cap. 3. §. 8.* D. Ertl *lib. 2. obs. 5.* Lauterbach. *cit. ff. de Jurisdic. §. 4. l.*

§. VI.

Effectus Imperii Meri.

42 Effectus Imperii Meri consistit in jure faciendi, facultate recipiendi, & obligatione dandi. Jus faciendi importat inquisitionem specialem in crimen & authorem criminis, capturam delinquentis, incarcerationem, bonorum absentis notationem, questionem seu torturam, sententiam & executionem. Sed hoc ita, si Imperium Merum Plenum, Universale, & Perfectum sit juxta n. 20. 43 22. & 23.

Quòd si minus Plenum, Particulare, & Imperfectum sit, ab uno actu concessio non licet argumentari ad actus alios, præterquam in casu præscriptionis juxta distinctionem in *tratt. de Præscript. cap. 5. n. 95. & seqq.* dilucidatam. Lundenpör *cit. cap. 33. num. 92. & seqq.* Sic enim in quibusdam locis uni sola inquisitio vel captura, alteri verò sola criminis discussio & adjudicatio, tertio executio reservata est. Similiter alicubi in solos homicidas animadvertere; alicubi

omnes pœnas criminales, exceptâ relegatione, dictare concessum est; qua de re videatur l. un. *Cod. de Offic. Proconsul. Obrecht lib. 2. cap. 5. per tot. Stryck. cit. l. §. 6.* D. Ertl *d. l. 2. obs. 7. & 8.* Lundenpör *sæpe cit. cap. 33. à num. 30.* Linck. *d. differ. cap. ult. §. 2.* D. de Bassis *th. 11. n. 5. & seqq.*

Facultas recipiendi consistit in mulctis, pœnis, bonorum confiscatione, aliisque fructibus Jurisdictionis. Linck. *d. cap. §. 5.*

Onus importat obligationem, sumptus, in judicium criminale impensas, exsolvendi, si ad amissionem vite vel membrorum actum fuerit: tum quia non temerarius litigator, sed pius defensor censeri debet, qui, licet criminis à se perpetrati conficius, sanguinem suum quòcunque modo tueri conatur l. in *capitalibus 1. ff. de Bon. eorum, qui ante censent. cum 48* quia duplici onere gravaretur reus, si præter amissionem vite vel membrorum jacturam

Eccc 4 patri

patrimonii sufferre teneretur. Vide Constit. Crim. Caroli V. *art. 204.* & ibi latè agentem

nominatissimum ex Facultate nostra Criminalistam D. Christophorum Blumlacher.

SECTIO II.

De Imperio Mixto.

SUMMARIA.

49. *Etyologia Mixti Imperii.* 50. *Synonymia.* 51. & seq. *Definitio.* 52. *Est potestas publica.* 54. *Cum Jurisdictione Simpliciter conjuncta.* 55. *Consistens in jussione vel coercitione.* 56. *Aliorum Definitiones.* 57. & seq. *Prima divisio Mixti Imperii explicatur & probatur.* 62. & seq. *Imperium ab aliis.* 64. *Defenditur.* 65. & seq. *Secunda divisio.* 67. & seq. *Tertio divisio cum sua dilucidatione.* 70. & seq. *Subiectum Imperii Mixti de Jure Romano.* 72. & seq. *Item de Jure Moderno.* 75. *Indicantur modi acquirendi.* 76. *Modus probandi ostenditur.* 77. & seq.

Objectum Imperii Mixti quoad primam speciem subjicitur, ad intelligentiam Juris Communis. 82. *Objectum secunda speciei.* 83. & seq. *Objectum utriusque speciei de praxi hodierna.* 85. & seq. *Alienbi de iure leviora referuntur ad Imperium Mixtum.* 89. & seq. *de Jure Communis non debent referri.* 91. & seq. *Effetus hujus Imperii.* 93. & seq. *Obligatio reverentia erga Dominum Jurisdictionalem inferiorem explicatur.* 96. *Potest illis subdito, ab alio gravato, assistere.* 97. & seq. *Tota materia clauditur.*

§. I.

De Nomine Imperii Mixti.

49. **M**ixtum Imperium de Jure Romano sic appellatum est, quia conjunctam & commixtam quali habet Jurisdictionem Simplicem; vel per coherentiam cum ea, vel per ejus ineffentiam, ut loquitur D. Braun de Imperio cap. 2. §. 1. n. 1. Appellatur etiam Imperium non-Merum in l. ult. §. 1. ff. de Offic. ejus cui mand. quia Meri appellatio nulli Mixto convenit. Vinn de Jurisdic. cap. 7. n.

appellationes nactum est; diciturque latine Jurisdic.io Bassa seu Inferior; item Jurisdic.io Vogteia, vel Vogteia simpliciter; germanice die *Nider Gerichthart* / *Unter Gerichthart* / *Erbe Gerichthart* / *Nidergerichthart* / *Vogteie Gerichthart* / *Hofmarck* / *Berechtigte* / *re. D. Linck. in dissert. de Jurisdic. Vogteia cap. 2. §. 1. & seqq.* Stryck. in mod. usu Pand. ad tit. ff. de Jurisdic. §. 7. D. Ertl in praxi aera de Jurisdic. Bassa lib. 1. cap. 1. obs. 2.

§. II.

De Definitione Imperii Mixti.

51. **D**efinitionem Imperii Mixti taliter adornare, ut neque à Legibus Civilibus abluat, neque Praxi moderna obloquatur, vel ideò videtur arduum: quia non solum Practici in assignanda definitione difformes, sed & Theorici longè maximè discordes sunt; quemadmodum palam erit insipienti Bocerum de Jurisdic. cap. 4.

52. Mihi prae ceteris placet definitio D. Braun d. cap. 2. §. 2. n. 7. jam in cap. 1. n. 68. insinuat, quò Mixtum Imperium describit, quòd sit Imperium conjunctum cum Jurisdictione Simpliciter, consistens vel in jussione principaliter, vel in coercitione in causa civili.

53. Dixi I. Imperium. Ut genus adstruerem, quò Mixtum & Merum Imperium conveniant. Etsi non errasse, sed conformiter antecedentibus dixisse, me crederem, si dixissem: est potestas publica Jus dicendi &c.

54. Dixi II. cum Jurisdictione Simpliciter conjunctum. Habet enim verò Mixtum Imperium inseparabiliter sibi coadunatam Jurisdictionem Simplicem, vel per modum antecedentis, vel per modum consequentis, pro diversitate speciei, veluti in §. seq. dilucidius constabit: sicque di-

stinguatur ab Imperio Mero, quod à Jurisdictione Simpliciter separatum est.

Dixi III. consistens in jussione principaliter, vel in coercitione in causa civili. Ut asserrem aliquid discrimen inter Jurisdictionem Simplicem & Imperium Mixtum, in eo precipue situm, quòd Jurisdic.io Simplex in sola cognitione & iudicatione casualium civilium versetur; Imperium Mixtum verò quòd tale vel principaliter respiciat jussionem autoritativam Judicis, quòd v. g. jubet, caveri pratoria stipulatione, rem ratam haberi, iudicatum solvi, opus non rite factum destrui &c. vel coercitionem, quòd in contumaces & refractarios animadverit pignorum capione, multarum dictione, incarceratione &c. Bocerus d. cap. 4. n. 14. & seqq.

Cum hac definitione Mixti Imperii propinquitatem & affinitatem habere videtur illa, quòd Jurisdictionem Bassam describit Stryck ubi supra §. 7. quòd sit facultas cognoscendi de causis civilibus & delictis levioribus; & hæc coercendi; & illa, quam habet Linck. cit. dissert. cap. 2. §. 6. circa fin. quòd sit omnimoda Jurisdic.io Civilis, quæ, absque Imperio Mero, & Supra-

Superioritate Territoriali, habetur; & illa, quam dat D. Ertl cit. cap. 1. obs. 1. quòd sit potestas, vi cujus causas civiles discutere, & de-

licta minoræ, ad consue bonum, & juxta praxin cujuscunque loci, coercere licet. Videatur tamen de minoribus delictis n. 85. & seqq.

§. III.

De Mixti Imperii Divisione.

57. **D**ividitur Imperium Mixtum I. in id, cui Jurisdic.io inest; & id, quòd Jurisdic.ioni coheret. Imperium prioris generis est potestas publica, in qua vis Imperii eminet, prax Jurisdic.ione; seu, in qua principaliter ac primario cernitur jussus, mandatum, & autoritas Magistratus; Jurisdic.io autem solummodo venit subsidiarie, quatenus ad rectius expediendum jussus & mandatum opus est cognitione, veluti in stipulationibus pratorum, restitutione in integrum &c. accidit.

58. Imperium posterioris generis est potestas publica, in qua Jurisdic.io eminet prax Imperio; seu, in qua principaliter ac primario consideratur facultas cognoscendi & iudicandi; Imperium verò tantum subsidiarie ac ministerialiter venit, quatenus opus est coercitione aliqua ad Jurisdictionem tuendam contra contumaces. Ac de hoc Imperio accipienda sunt, quæ de Imperii coherentia cum Jurisdictione Simpliciter habentur in cap. 1. num. 37. & seqq.

59. Traditur hæc divisio in I. Imperium 3. ff. de Jurisdic. ubi, dum Mixtum Imperium dicitur, cui Jurisdic.io inest, indicatur prima Mixti Imperii species, in qua Jurisdic.io adjungitur in-

60. consequentiam Imperio; & in l. quæcumque 1. §. 1. ff. de Offic. ejus, cui mand. ubi, dum mandatà Jurisdictionem Imperium, quòd Jurisdic.ioni coheret, transire dicitur, subministratur altera Imperii species, in qua Imperium venit in consequentiam, ad Jurisdictionem efficacius explicandam. Traditur quoque satis communiter à DD. Menoch. de arbit. Jud. 1. q. 74. num. 20. Bocero d. cap. 4. n. 18. Besoldo thes. pract. sub voce Mittel Obrietheit / Diethero ibid. in addit. Franzio ad tit. ff. de Jurisdic. n. 52. D. Braun cit. cap. 2. §. 3. num. 1. & plur. seqq.

61. Rejicitur tamen hæc divisio, tanquam commentitia, à Sutholt aphorism. 262. & seq. & Vinnio cap. 7. n. 12. ex ea potissimum ratione, quòd nullò colore fingi possit Imperium Mixtum, per se subsistens, cui postmodum accedat & famuletur Jurisdic.io; sed potius omnis Jurisdic.io per se subsistat, eique Imperium, in modica aliqua coarctatione situm, & Jurisdictionis defendendæ ac tuendæ gratià comparatum, adjungatur. Hinc ea, quæ infra n. 77. & seqq. referemus ad

objectum Imperii Mixti, cui Jurisdic.io inest, isti Auctores negant, ad objectum Imperii Mixti pertinere; & si qui textus id innuere videantur, ajunt, Imperium ibi non accipi pro Mixto, sed pro potestate eminentiori, seu Magistratu Majori, cui Imperium in majori amplitudine, quam Magistratu minori, concessum erat. Sed, quantum ex studio 64

recentiorum Aa. revolutione potui colligere, plus assertioni quam rationi tribuunt: nec enim ullibi probant, actus, ad Imperium Mixtum quoad primam speciem referendos, non esse actus Imperii Mixti. Ut expropter à communi divisione, in ratione legali probè fundatà, discessum minimè persuadant.

Dividitur II. Mixtum Imperium in perfectum & imperfectum. Perfectum est, quòd continet utramque speciem, mox relatam, ac omnes actus, ad utramque speciem pertinentes. Imperfectum est, quòd vel unam tantum speciem ex relatis, vel saltem non omnes utriusque speciei actus complectitur. Hancque divisionem in terminis fugerit D. Braun d. l. n. 19. & in effectu tradunt complures cum D. Obrecht lib. 3. cap. 34. n. 26. Tradit 66 etiam Sutholt, priori divisioni contrarius aphor. 251. quatenus admittit, non omnes coercendi modos penes quemlibet Magistratum, etiam minimum, de Jure Romano fuisse.

Dividitur III. Imperium Mixtum in superius & inferius. Superius, vulgò die Ober Vogtey / dicitur, quando aliqui universalis Jurisdic.io civilis cum omni causa & regulibus est concessa. Inferius, vulgò die Unter Vogtey / dicitur quando aliqui Jurisdic.io Civilis, reservatà Superioritate & Imperio, conceditur. Et ista divisio adstruitur 68

à Wehnero pract. observat. lit. V. verbo Vogtey pag. 646. & pag. 658. Knicken de Jure Territ. cap. 4. n. 509. & seqq. ac n. 644. & seqq. Linck. cit. cap. 2. §. 1. Quia tamen primum illius 69 membrum coincidit serè cum Jurisdictione Territoriali, ut rectè observant Linck. cit. loc. Knicken cit. l. cit. Lundenfpor de Imperio. & familiar. orig. cap. 33. n. 12. & seqq. de illorèvidendum erit cap. 5. per tot. solumque membrum secundum ea, quæ hic tractantur, propria sibi faciet.

§. IV.

De Subiecto Imperii Mixti.

70. **I**mperium Mixtum passivè exercetur in solos subditos; activè verò residet in Magistratu; licet non in omni eòdem semper modo. Nam prima Mixti Imperii species, cui inest Jurisdic.io, de Jure Romano competit solis Magistratibus majoribus, quales erant Prætores,

Præfides, Proconsules. Secunda species, quæ 71 Jurisdic.ioni coheret, fuit æquè majoribus ac minoribus Magistratibus, quales erant Duumviri & Defensores Civitatum, communis per l. Magistratibus 12. ff. de Jurisdic. l. quem-